

erat, & tamen obtinet Apostolicam dignitatem & paralyticus solum impetrat peccatorum remissionem. Ai. Apostolus Rom. 5. n. 20. Ubi abundavit de-

45. Tercio, D. Basilius Seleucus orat. 28. Hominum Doctores creavit ut offensionis similitudine magistro reddat innociores, & communicatione passionum humanitatem doctrina adiungant. Eos Christus eligit in Doctores, ac rectores, qui in ipsa dignitate habeant ante oculos sua peccata, ut cum doctrina, ac officij virga humanitatem adjungant, ut ita ad ignoscendum proni sint; quod optimè confirmat sanctus Pater Petri exemplo, cui post suum lapsum Christus committit suam gregem. Pasce oves meas. Joann. 21. num. 17. pergit Seleuc. Pasce oves meas. Infirmitatem suam sensit? Agnovisti, quod tua devoluta sit jalectantia? Penam concedis, quare scis eguisse.

46. Quarto D. Petrus Chrysol. serm. 28. aliàs primo de Matthæo ponderans quòd Christus homines laboribus deditos ad Apostolatam vocavit, sic ait. De labore transiit ad laborem, quia labor nescit lassescere meditati. Omnia quæ de usu veniunt, non firigant. Virtus exercitio perseverat. Hinc est, quòd Apostolos suos Christus humanis laboribus exercere voluit, ut eos indefesso redderet in divinis: voluit eis Deus manere fortitudinem, de exercitio prestare virtutem; & quia fructus provenit ex labore, voluit eos labores non perdere, sed mutare. Christus Dominus ad suum Apostolatam vocat Matthæum publicanum, qui indefesso labore vectigalibus recipiendis assistebat, sicut Petrum, & Andream piscatores ad se traxit. Non enim voluit Christus Dominus in suo collegio homines delitiis deditos, otiositate assuetos, hi enim valde inepti sunt ad magna, & facile labori succumbunt, sed elegit viros in pressura enutritos, qui nullam vexationem metuentes magna aggrediantur. Et si aliquando pravè ambulaverint, Noluit eos labores perdere, sed mutare, & dum divina gratia perficiantur, in viros valde consummatos evadunt.

47. Quinto, D. Paschasius, vocavit Matthæum, ait, quem non solum Apostolum, verum Evangelistam esse voluit. Novit enim artifex singula, licet incomposita, ad quos valeant usus, suo proficere opere. Idcirco prateriens vidit materiam operis sui, elegit unde firmaret vas in honorem, quod prius in contumelia jacebat. Licet Matthæus esset incompositis moribus, multis peccatis immersus, vidit Deus tamen animi dispositionem, ac generositatem hominis ad magna esse aptam, si divina gratia expoliretur; ergo vocat Deus illum ad se, ut, ex illo vase contumeliæ, faciat vas in honorem, ut de Moyse, & Paulo docet D. August. Vide cap. 23. n. 68. Sexto, D. Chrysolom, homilia in Eutropium tom. 1. Surrexit, ait, publicanus, & factus est Apostolus utique anima deformis venustatem recipit forma, unde? obedientia. Tantam dignitatem ei collatam, obedientiæ, qua obtemperavi Matthæus, adscribit sanctus Doctor.

48. Septimo, Quia ipse D. Matthæus modum suum

vocationis revelavit B. Brigidæ oranti ad ejus sepulchrum, ut refertur lib. 1. Revelationis cap. 29. Voluntas mea, ait, talis erat eo tempore, scilicet ante suam conversionem quod neminem defraudare voluit, sed desiderabam, invenire viam, qua separarem me ab officio isto, & toto corde adhaerere Deo soli. Prædicante igitur amato meo Jesu Christo tunc instamur, sicut ignis, verbum vocationis sua in corde meo, sic dulciter sapuerunt verba sua mihi, quod dignus de honoribus non amplius cogitabam, quam de paleis: imò mihi magis flere placuit, & gaudere, quod Deus meus tantillum, & tantum peccatorem vocare voluit ad gratiam. Quamvis D. Matthæus veretur in illa negotiationum voragine, tamen valde sollicitus erat de sua salute, & quomodo Deo soli serviret, hoc bonum desiderium acceptans Jesus, cui nostra vota, tamquam opera placent, ipsum vocavit, & traxit ad se.

Octavo, Rupertus lib. 3. in Matth. sic ait, erat ipse Matthæus, tamquam speculum perlucidum, sed in tenebris reconditum, & sub tecto latens curarum nimis secularium: ubi ergo vidit eum Jesus, ubi vidit eum solus, solus & sol verus resplenduit ex aspectu ejus, & quia vidit eum talis filius hominis, reddidit imaginem ejus, & formata est in ipso facies hominis. Quæ satis ingeniosè sunt dicta. Matthæum publicanum vocat Christus, ut sit ejus Apostolus, ac Evangelista, cui facies hominis appropriatur, cum tres ceteri vultu leonis, vituli, ac aquilæ significantur; erat Matthæus, ut quoddam speculum. Christus Dominus, qui filius hominis dicitur verus sol; ex eo ergo quòd filius hominis Matthæum aspexit, intuitu suo in se ipsum transformavit, ac ita ad se adaptavit, ut in eo facies hominis appareret. Vnde scribitur quòd vidit non Matthæum, sed hominem, nam aspectu suo filius hominis verum hominem eum effigavit. Christus enim visus Christus effingit.

Ait Propheta Habacuc 3. num. 13. Egredietur in salutem populi tui, in salutem pro Christo tuo. Ultima verba transfert Theodor. De salvatore Christus tuus. Sed quomodo fieri potest, quòd miser homo, tam sublime Christi nomen habeat, quòd proprium est capitis, & principis nostri; ait ipse Theodor. De salvatore Christus, hoc est nos, quos proprio sanguine suo perunxit, quos etiam divina natura fecit participes, & conjunxit per se ipsum Deo. Quos enim Christus Dominus suo misericordiam intuitu dignatus est aspiciere, ut redimeret, ac salvaret, ita eos in se transformavit, ut etiam ipsi Christi nomine dicantur, ac nobilitentur.

Ait D. Paulus, Rom. 10. num. 12. Non est distinctio Judæi, & Græci. Quomodo hæc ait Apostolus, nonne etiam inter ipsos Judæos est magna discriminatio in vultu, persona, ac gestu corporis? Quanto magis inter Judæos, & Græcos in quibus erat tanta intercapedo in lingua, moribus, ac vita. Rectè difficultatis nodum solvit Oleaster in cap. 28. Exodi. Tolle Christum, vestem, ait, & jam Judæos à gentibus discriminatos prospicies, sed si eos consideres Christum indatos, jam non eris, quo Barbarum à Judæo seu Græco distinguas: Quos enim Christus sua misericordia respicit, ut ipso induantur, ac in ejus fide uniantur, ita conformantur Christo, ac ipsum repræsentant, ut inter se valde similes inveniantur.

Revelatio S. Brigidæ.

Matthæus sollicitus de sua vocatione.

Deus accepit bonam voluntatem.

Rupertus.

Christus quos vidit, in se conformavit.

Habacuc. 3.

Oleaster.

Ex Christi amore homo habet similitudinem ejus.

QUÆSTIO IX.

Quomodo Matthæus indilate sine ulla mora secutus fuerit Christum?

52. RRIDENDA sunt impudica deliramenta Porphyrij, ac Juliani Apostatæ, qui arguebant imperitiam historici mentientis, vel stultitiam eorum, qui statim secuti sunt Salvatorem, quasi irrationabiliter quemlibet virum secuti sint. Non enim intellexerunt isti pravi dogmatistæ efficaciam divinæ gratiæ, nam si magnes, ut argumentatur hic Hieronymus, trahit ad se ferrum, sol vapores, quanto efficacior erit virtus omnipotentis Dei ad trahendum ad se humanam voluntatem. Et si vox Dei imperantis præpotens est ad creandum ex nihilo totum mundum, quomodo Dei vox imperantis, sequere me, ut ait D. Paschasius lib. 5. in Matthæum, non erit valde potens ad movendum animum hominis, cum scriptum sit, cor Regis in manu Dei est, Proverb. 21. num. 1.

53. Hieronymus, & alij dicunt, quòd in vultu Christi, quidam fulgor divinæ majestatis relucebat, quo aspectu videntes ad se trahere poterat. Esto hoc aliquando fieret, tamen, quamvis nihil splendoris in facie Christi appareret, ejus vox sua divina gratia valde efficax erat, ut Matthæum, ac alios ad se traheret. Unde ait Beda, Dominus, qui Matthæum foris verbo vocavit, intus invisibili instinctu, ut sequeretur, edocuit.

QUÆSTIO X.

An D. Matthæus secutus fuerit Christum, relicto omnibus suis?

54. QUÆRIMUS in præsentia, an D. Matthæus dimissis omnibus suis secutus fuerit Christum, hoc ipse de se non scribit, sed ait, Surgens secutus est eum; tamen hoc expressè nobis narrat D. Lucas, & relicto omnibus surgens secutus est eum; hoc enim cum ad magnam laudem ejus pertineret, ipse Matthæus non scripsit, sed subtrivit. Quærimus ergo, an Matthæus ita secutus fuerit Christum, ut imperfectas omnino reliquerit rationes sui officij, absque eo quòd de collectis vectigalibus redderet rationem.

55. Dicendum est cum Abulensi quæst. 46. Toleto Luc. 5. annot. 56. & hic cum Salmeirone, Beaulxame, Barrada, ac aliis, quòd ad vocem Christi Matthæus inflammatus divino amore reliquit omnia, libros officij, pecunias, gazas, cum vera, & firma resolutione, ac animo abiciente omnia, tamen cum esset dives, & multis negotiis implicatus ex Christi ordinatione, rediit domum; ubi fecit magnum convivium cum multa turba publicanorum, ut explicat D. Marcus textu sequenti allegandus, & Christum habuit hospitem, & ibi sua disposuit, ut collectorum vectigalium rationes redderentur, & debita, si quæ extabant, solverentur, & cætera in pauperum usus distribuerentur.

56. Probat primò. Hoc postulabat recta ratio. Siccam Elizæ permissu ad parentes suos rediit

Elisæus 3. Reg. 19. n. 20. Non enim Christus ea, quæ pertinebant ad honestatem quandam, abstulit. Secundò, quia Christus mandavit, ut unicuique solverentur sua debita. Rom. 13. num. 7. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vestigal, vestigal. At qui colligit vectigalia, deest debitor ad reddendam de illis rationem; ergo hæc præstare Matthæum Dominus voluit. Tertio, quia Christus Dominus cum suis discipulis ordinavit degere absque alicujus injuria, & scandalo; & hæc de causa jussit Petroolvere tributum. Ut autem non scandalizemus eos, da eis pro me & te, Matth. 17. n. 29. Et Apostolus dicebat; Non mini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis, citato cap. 13. Rom. n. 8. Ergo ut evitaretur scandalum, disposuit Dominus, ut Matthæus solveret collecta tributa, ac etiam debita, si quæ extabant, alias essent multæ rixæ, & contentiones, quas semper Dominus declinare voluit.

Quartò, Matthæus uberrima magnificentia, ac misericordia fecit magnum convivium, in quo Christum, ac multos publicanos excepit, ut Dominus converterentur, & multa bona sua in pauperes distribuit; de hac liberalitate Matthæi ait D. Petrus Chrysolom. serm. 28. Deus misericordiam voluit, ut Matthæus quod tulerat per miseriam, in misericordiam prorogaret; & inde redimeret penam, unde comparaverat culpam. Si enim Matthæus tam magnificus, ac liberalis extitit in operibus misericordiarum adimplendis; quomodo etiam non esset copiosissimus expeditor in justitiæ operibus satisfaciendis; ut minutim unicuique sua debita restituerentur, ac ut quilibet, quæ sua erant, acciperet.

Dicit aliquis fortasse, Petrus, & Andreas ita relicto rebus, ac navi secuti sunt Dominum, ut amplius nullam curam de his haberent; hoc enim maximè eorum perfectionem commendat; ergo etiam Matthæus, ut esset perfectus, debuit ita sua relinquere, ut amplius de illis non haberet rationem.

Respondeo quòd summa excellentia Petri, ac Andreæ in eo stat, quòd ita dimissis suis Domino adhærent; ut amplius de illis nihil agerent; summa autem perfectio Matthæi in eo apparere, quòd omnino non dimitteret sua; sed quòd de illis disposuerit, ac ordinaverit. Nam Petrus, & Andreas solum navim, & retia habebant, nullas vero cum aliquo negotiorum rationes; merito ergo ubi vocantur, omnia à se abjiciunt. At Matthæus, qui multas negotiationes habebat, tributa, ac vectigalia receperat, & etiam aliquibus debitis obustus erat, dum à Christo vocatur, ac ordinare, ita ut ejus debita solvantur, ac recepta vectigalia dominis suis restituantur.

Maximis encomiis Zachæus extollitur à sanctis Patribus, quia dimidium suorum bonorum dabat pauperibus; at perfectio non est dare dimidium, sed totum, & integrum pro Dei amore. Ita enim docuit Christus, Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, Matth. 19. n. 21. Si consummata perfectio est, universa distribuere, ac erogare, quomodo Zachæus cum dimidium daret, tam magnus judicatur. D. Augustinus in Psalm. 125. Intellegat, propterea sibi eum tenuisse dimidium, non ut haberet quod possideret, sed ut haberet unde debita redderet. Zachæus homo publicanus erat, multa habens negotia; perfectio ergo illius

Matth. 17.

Chrysolom.

Matthæus li.

beralis in operibus misericordiarum.

Objecta.

59.

Qui obligationes habet illius perfectio est, ut illis satisfaciatur.

60.

Matth. 19.

August. Perfectio Zachæi, ut suis obligationibus, ac negotiis satisfaciatur.

illius pro suo statu exigebat, non omnia sua clar- giti, sed dimidietatem dare, aliam vero reservare, ut sua debita persolveret, suisque negotiationibus satisfaceret, ut ita sui officij onera adimpleret.

61. Luc. 5.

Petrus ita dimisit omnia, ut etiam suis obiurgationibus responderet.

Ait Luc. 5. num. 38. Surgens Iesus introivit in domum Simonis. Sed quomodo dicitur domus Simonis, nam ipse relictis omnibus secutus est Dominum, Matth. 4. num. 21. Verum est quod Petrus quando Domino adhæsit, omnia sua dimisit, quantum ad possessionem, non vero abiecit illa, quantum ad obligationem consanguineis suffragandi, eorumque necessitatibus, miseris, ac ægritudinibus opitulandi, nam illis in huiusmodi rebus levamen dare, recta ratio exigit, & postulat. Vide cap. 22. quæst. 2.

Matth. 9. n. 10. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbent cum Iesu, & discipulis eius.

VERSIONES.

Syriacus. Et cum accumberent domi, venerunt publicani.

Varablus. Et venit cum Iesu accumberet in (illius) ædibus, ut ecce multi publicani, & peccatores qui venerant, simul accumberent cum Iesu.

Theophylact. Illo recumbente in domo.

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. n. 15. Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbent cum Iesu, & discipulis eius: erant enim multi, qui sequebantur illum.

Luc. 5. n. 29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes.

EXPOSITIO.

62.

Factum est. Post vocationem Matthæi describitur convivium, quod ipse Domino paravit in domo sua, quod factum est sequenti die, vel post eius vocationem, ut omnes consentiunt. Discumbente eo, scilicet Iesu accumbente mensæ; in domo, scilicet ipsius Matthæi, ut ex Marco, & potissimum ex Luca est manifestum. D. Matthæus humilitatis studio, de se exprimit, quod vitij erat, sedentem in telonio. Quod vero virtutis est, silet, & ideo non explicat, quod domus sua erat, & quod ipse convivium pa-

Matthæus abs se vitiosus, proinde qua vitij fuerat.

raverat, & hac de causa non dixit de se, quod relictis omnibus secutus est, ut expressit Lucas, vel non dixit domum suam, ut ait Albertus Magnus, quia cum jam Domino adhereret, omnia sua communia reputabat. D. vero Lucas ait, quod fecit convivium magnum; & revera magnum erat, utpote Domini præsentia nobilitatum, eximia Matthæi liberalitate appositum, turba hominum circumseptum, ingenti Angelorum gaudium repletum in conversione tantorum peccatorum.

Albert. Mag.

Magnum hoc convivium.

Ecce, rem grandem denotat. Multi publicani, id est, homines dediti publicis negotiis, quæstui, ac avaritiæ, & peccatores. Hoc est, homines licentiosi in vita, sine Deo, & lege degentes. Venientes, Hoc est, ipsi publicani, ac peccatores veniebant, vel inescati Domini conversatione, vel attracti ejus miraculis, vel invitati à Matthæo, vel ejus exemplo, valde efficax est exemplum, vocato uno publicano, multi jam sequuntur, & ad Dominum conveniunt. Unde ait D. Paschasius, lib. 5. in Matth. Vnus peccatoris conversio multis exemplum præbuit penitentiæ. Et in domo ad quam prius multos secum propter lucra conduxerat, ad veniam invitavit.

63.

Exemplum valde efficac.

QUÆSTIO XI.

Quinam publicani, ac peccatores dicantur?

Quamquam peccatores, ac publicani, sæpe in Scriptura conjungantur, Luc. 7. num. 34. & cap. 15. num. 1. tamen hoc loco publicani à peccatoribus distinguuntur. Unde breviter videndum, quid unusquisque eorum significet, ac denotet.

64.

Publicani ergo, ut constat ex Digesti, lib. 39. tit. 4. de publicis vestigialibus, lib. 1. & de verborum, & rerum significatione, lib. 16. à publico dicebantur, qui publica vestigalia colligebant. In magno honore erant apud Romanos, ut constat ex Tullio orat. pro Plancio. Apud Iudæos habebantur tamquam peccatores viles, & infames, ut notat Chrysostomus homil. 31. Albertus Magnus, Abulensis in Prolog. D. Hieronymi in Evangelia, Ianfenius cap. 13. sua concordia, Caietan, & alij.

65.

Quinam publicani.

Tull.

Chrysost. Albert. Mag. Abulens.

66.

Barradas. Cornel.

Quamquam publicanorum officium ex se exerceri poterat sine peccato, ut advertunt Barradas & Cornelius à Lapide, nam iusta, & debita tributa colligere non est injustum. Unde publicani venientes ad Ioannem, cum rogarent: Magister, quid faciemus, ille non jubet officium deserere, sed ait, nil amplius quam constitutum est vobis, faciatis, Luc. 3. num. 13. Et ex Græco legi potest, nil amplius exigatis. Et Christus Dominus Matth. 22. num. 21. iussit dare tributa Cæsari; ergo illa colligere secundum se non erat malum; & Zachæus, publicanus, Luc. 19. n. 8. ait. Dimidiam honorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum, quod fieri non potest si omnia essent ex rapina. Tamen frequenter pro tali tempore illud munus obibant homines magno peccato, avaritia, rapacitate, ac pauperum oppressione, & plura à populo extorquebant, quam sibi essent permessa. Deinde, quia Iudæi pro nixu contendebant, se velut genus Abrahæ ex libera, ac populam Deo dedicatam, non debere subijci Romanis,

manis, nec compelli ad solvenda tributa, utpote idololatriæ, ac Gentilibus & ideo, huiusmodi exactiones facientes, tamquam cooperantes peccato, ac rei illicitæ, peccatores infames, ac viles habebantur in populo. Notat tamen Euthymius hic, quod forte alij quidam erant, scilicet publicani, nobilitate quidem vita instructa habentes, eisdem tamen obnoxij affectibus, nam simile suo congaudat suavit.

Euthym.

67. Quinam peccatores hoc loco.

Fit etiam in textu mentio de peccatoribus. Unde Abulensis hic, Toletus in 5. Luc. existimant eosdem homines denotari; mihi videtur quod est, ut distincti ponantur. Unde peccatores hoc loco appellantur Iudæi dissoluti, sine timore Dei viventes, qui contempserunt legem Judaicam, valde licentiosè omnibus vitis dediti, cum barbaris gentilico more vivebant, vel quia ad gentilissimum defecerant; nam, ut notat Franciscus Lucas, Israëlitis accepturis legem, gentis sanctæ nomen à Deo erat promissum Exod. 19. num. 6. Unde factum est, quod apostatantes à lege peccatores appellabantur.

Franc. Luc.

QUÆSTIO XII.

Quare hoc convivium factum fuerit?

68.

Ratio à priori huius rei extitit divina voluntas, quæ Matthæi voluntatem movit, ut ea, quæ facere decreverat; qualdam congruentias, ac etiam rationes morales hic investigamus, & notandum est cum D. Paschasius, lib. 5. in Matth. quod antequam Matthæus pararet hoc convivium materiale Christo in domo sua, prius ei præstitit aliud convivium, ac hospitium spirituale in corde suo per fidem, & amorem, juxta Apocal. 3. num. 20. Sto ad os tuum, & pallo; si quis aperuerit mihi januam, introibo ad illum, & cenabo cum illo.

Paschas.

69.

D. Matthæus exhibuit gratiam Christo. Anselm. Paschas.

1. Cor. 9.

Primo propter Christum, ut per hoc videretur ei gratias reddere, nam sicut vocatus erat ab illo ad sua bona spiritalia in signum gratitudinis, voluit ei exhibere sua temporalia; sic ait D. Anselmus, ut beneficij celestibus vicem rependeret. Et hoc prius dixit D. Paschasius citato loco, ut à quo jam venientia sperabat bona, ei sua largiretur. Juxta illud 1. Corinth. 9. num. 11. Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? id est, magnum non est, & ideo tanto beneficio gratus Matthæus voluit ob Domini amorem, ac obsequium omnia sua expendere; & omnibus modis, quibus posset, Magistrum suum, ut ait Victor. Antioch. in 2. Marc. honoraret.

70.

D. Matthæus magnam habuit gaudij de sua conversione. Plalm. 44.

Chrysost.

Christus Matthæum admittendo ad mensam maximè honoravit.

Secundo propter Matthæum. In signum rei valde gratæ, ac perjuvandæ fiebat convivium; ut ergo Matthæus declararet ingens gaudium animi sui, quod Christo adhereret; ob ejusque amorem res temporales desereret, convivium magnum fecit. Afferentur in laetitia, & exultatione, adducentur in templum Regis, Plalm. 44. n. 16. Deinde convivium factum est divina providentia ordinante, ut ait D. Chrysostomus, homil. 31. Matthæus, vocatus honorem quoque non minimum consecutus est. Mensa enim Domini continuo dignatus, poterat facile majora quoque sperare. Deus honorat honorantes se, Matthæus Christum honoravit, hoc convivium, multo majorem honorem consecutus est Matthæus à Domino, ut in mensa, in qua Christus aderat, & ipsa cœlestis mensa Euchari-

stia præfigurabatur, Matthæus ibi accumberet, ex quo jam poterat concipere spem, quod ipso cœlesti pane pasceretur, ac quod omnibus bonis repleretur.

Tertio, propter communem, & vulgarem morem antiquum, ut notat Abulensis quæst. 48. à quo Matthæus noluit discedere. Nam antiqui patres sæculum deserentes, & dum se transferebant ad spiritalia, ac ad prophetandum, celebrantes convivium amicis, ac familiaribus vale dicebant; sic Eliseus cum vocaretur ab Elia, reversus est in domum, ut suos oscularetur, & postea veniens, Machabæi par bonum, & coxit carnes, dedit populo, & comederunt, & surgens secutus est Eliam, 3. Reg. 19. num. 21. Sic & Matthæus observavit, & fecit. Ex quo ait Salmeiron, derivata est consuetudo, ut in professione aliquorum Religiosorum convocatis amicis, ac consanguineis fiat convivium.

Quarto fecit hoc magnum convivium propter bonum, ac utilitatem aliorum, ut & ipsi Dominum audientes ab eo converterentur à viis suis pessimis. Sic ait D. Thomas, fecit convivium, invitavit multos, ut ad Dominum traherentur, unde signum est, quod aliqui sumiter conversus est ad Dominum, quando alios trahit, quos magis diligit. Justus ob perfectam charitatem quam habet in Deum, & in proximis, cœlestia dona non vult solum in se contineri, sed in alios stagnari maxime desiderat.

Cum Israëliticus populus esset oppressus à Madianitis, Apparuit Angelus Gedeoni, & ait ei, Iudic. 6. Dominus tecum virorum fortissime. Dixitque ei Gedeon: Obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderum nos hæc mala? Iudic. 6. num. 13. Diversus loquendi modus maxime ponderandus est, qui in admirationem potest rapere animum; Angelus enim dixit ei, Dominus tecum; ipse vero respondens, ait, Si Dominus nobiscum. Confesolus vult quenter ad verba Angeli dicendum erat, si Dominus tecum est; cur ergo ad alium divertit modum loquendi, si Dominus nobiscum est, tanta charitate erat Gedeon inflammatus, ut non solum ipse sibi vellent Dominum retinere, sed ut etiam aliis communicaretur, & ideo non ait, Dominus tecum, sed Dominus nobiscum, quia non solum sibi, sed etiam omnibus Dominum adesse maxime affectabat; de justo, & perfecto ait Chrysostomus, homil. de cruce, & latrone, Suas necessitates prætermittit: aliorum utilitatem cogitat; vide supra cap. 5. num. 252. & 169. & cap. 10. num. 255. & 256. cap. 14. num. 54. & cap. 18. num. 70. & tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 29.

QUÆSTIO XIII.

Quare Christus prandeat cum publicanis, in hoc convivio?

PRIMA ratio, & valde celebris sanctorum Patrum in hac materia, est, quam tradit D. Hieronymus hic. Ibat Dominus, ait, ad convivium peccatorum, ut occasionem haberet docendi, & spiritalia invitatoribus suis praberet cibos. Et D. Chrysostomus serm. 30. ait, Venit ad convivium vita, ut faceret secum convivare mortuos: discubuit indulgentia, ut peccatores levaret ad veniam. Idem docent Chrysostomus, hom. 31. in Matthæo, Theophyl. D. Paschasius, Chrysol.

74.

Hieron.

Chrysol.

Chrysol.

D. Paschas.

Theophyl.

chafius.